



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Refutatio Accusatoris Anonymi Damnatas ab Innocentio XI. Propositiones adscribentis Ordinum Religiosorum Theologis ac præcipuè Societatis Jesu

Estrix, Aegidius

Moguntiaë, 1679

Propositio XXXIX. Qvi alium movet aut inducit ad inferendum grave
damnum tertio, non tenetrt ad restitutionem istius damni illati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42472

PROPOSITIO XXXIX.

Qui alium movet aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati.

Autor propositionis citatur Stephanus Baunius in Summa pag. 307. 308. ubi eam dicitur dedisse *claris & propriis verbis* ipsius propositionis.

Hujus dicti falsitatem ipsi oculi judicabunt si quis locum adierit.

Damnata propositio est universalis de quocumque *inducente*. Est autem inducere. ut D. Thomas explicat 2. 2. q. 62. a. 7. *movere precipiendo, consulendo &c.* Baunius autem isto loco solum affirmat, non obligari ad restitutionem, qui *precibus induxit*, nullam imponendo obligationem, sed plenam ipsi libertatem relinquendo, ponitque eum, qui rogatur, ut damnum inferat, *suâ solius voluntate* damnum inferre, de Baunii ergo doctrina judicent sapientiores, quam sum ego, aut hic accusator. Jesuitas quidem parum angit illam neminem illorum habuit Baunius in illa doctrina ducem, vel asseclam: excutiantur omnes.

PROPOSITIO XLIII.

Quidni non nisi veniale sit detrahentis auctoritatem magnam sibi noxiam falso crimine *al-*
dere?